

Die 16 novembris **B. Iosephi Marxen,
presbyteri et martyris**

Antonius Iosephus Marxen die 2 mensis augusti anno 1906 Burunci prope Coloniam Agrippinam quartus ex novem fratribus natus est. Is cum gymnasium Missionariorum Societatis Verbi Divini Wendalini Saraviae absolvisset, proposuit se ad eandem societatem donare ut ipse missionarius fieret, et congregationi incorporatus est. Studio disciplinae theologiae in oppido St. Augustini se dedit. Anno vero 1936 Monachii sacerdos quidem archidioecesis Dyrrachiensis ordinatus est, sed tamen petere non desinit ut missioni se dedicaret. Ipse, cum a parte communistarum vexaretur atque urgeretur, tamen in Albania permansit et mense Martii anno 1946, comprehendo et de officio sacerdotali accusato, in vincula coniectus est. Sed tamen die 16 mensis Novembris eodem ipso anno, supplicio affectus, morte occubuit. Beatificatus autem est die 5 mensis Novembris anno 2016 una cum 37 aliis martyribus Albaniensibus qui, dum pars communistarum summam imperii tenebat, per vim interfecti sunt.

De Communi martyrum: pro uno martyre.

Collecta

Omípotens sempitérne Deus,
qui béato Iosepho presbytero et mártýri
usque ad mortem pro iustítia certáre tribuísti,
fac nos, eius intercessióne,
pro amóre tuo ómnia advérsa toleráre
et ad te, qui solus es vita,
tota virtúte properáre.
Per Dominum.

16. November **Sel. Josef Marxen,
Priester, Märtyrer**

Antonius Josef Marxen wurde am 2. August 1906 in Worringen bei Köln als viertes Kind von neun Geschwistern geboren. Nach der Gymnasialzeit bei den Steyler Missionaren im saarländischen St. Wendel trat er mit dem Ziel, selbst Missionar zu werden, in diesen Orden ein und studierte u.a. in St. Augustin. Er empfing 1936 in München die Priesterweihe für das Erzbistum Durrës (Albanien), hielt aber an dem Ziel fest, in der Mission tätig zu sein. In der Zeit der Verfolgung durch die Kommunisten verließ er Albanien nicht und wurde im März 1946 aufgrund seiner priesterlichen Tätigkeit verhaftet und zu einer Gefängnishaft verurteilt, doch am 16. November des selben Jahres erschossen. Am 5. November 2016 wurde er zusammen mit 37 weiteren albanischen Märtyrern, die in den Jahren unter dem kommunistischen Regime einen gewaltsamen Tod erlitten, seliggesprochen.

Commune-Texte für Märtyrer.

Tagesgebet

Allmächtiger, ewiger Gott,
Du hast dem seligen Priester und Märtyrer Josef
die Kraft gegeben,
bis in den Tod für die Gerechtigkeit einzutreten.
Auf seine Fürsprache
lass auch uns aus Liebe zu dir
alle Widrigkeiten und Anfeindungen ertragen
und dir mit aller Kraft entgegeneilen,
der du allein unser Leben bist.
Durch Jesus Christus.